



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

In Cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

IN CAP. X.

Agrestius à quibusdā Agrestinus scri-
 bitur vt ab Auentino lib. 3. vbi hæc:
 Agrestinus discipulus superioris Eustachij
 Boios adit, sanctas literas in Boiaria docu-
 it. Conuentus sacerdotum coacti sunt ad-
 uersus Columbari & Galli nouas ceremo-
 nias, quibus populum CHRISTI sanguine
 redemptum, liberatumque in seruitutem
 redigere contra maiorum instituta con-
 rentur. Ita scilicet, loquebatur Agre-
 stinus hic, de quo sacerdotalium illo-
 rum cōuētuum iudicium quodnam
 fuerit, exprimere debuit scriptor ille
 merito, prout fecit Dominus Marcus
 Velferus li. 4. Boic. rerum p. 220. dū
 leuo successu & sine fructu apud Boios ver-
 satum ait, seq; cum illis coniunxisse, qui
 ab Ecclesia Romana dudum aperte desci-
 uerant. De Burgundofora dixi iam alias
 in S. Kilianum notatione 20. sed hic
 obseruandum, imitatā ipsam, si non
 superasse præclarum B. Paule contra
 hæreticos accedentes exemplum, de
 quo in illius Epitaphio S. Hierony-
 mus

mus. Eandem putat Rdis. Tomo 8.
cum *Fara*, de qua lib. 3. hist. V. Beda, &
Trith. l. 3. de V. il. Ord. Ben. c. 65. 68.

I N C A P . X I .

De hoc lapsu neq; in B. Romarici
manuscripto, neque in B. Amati vita
quidquam, cum tamen, vt recte ob-
seruat Tomo VIII. Reuerendissimus
Baronius in anno 617. *ad maiorem Dei
gloriam, maioremque ipsius Ecclesie uti-
litatem istiusmodi exempla pertineant:
quod raro contingat, redeuntem ab heresi
sive schismate dignè poenitere. Vide S.
Augustinum conc. 1 in psal. 101. & ho-
mil. 21. D: Chrysoft. homil. 77. vbi cō-
tra eos, qui Dauidis lapsum abscon-
debant; Hi, ait, eius virtutem obumbrāt,
& non minimis eum priuant coronis, quē-
admodum qui eius contra Goliath bellum
reticent. Epistola Leonis ad Flavianum
summo apud omnes in precio sem-
per fuit, ita vt eam legerent, exscribe-
rent, fecū ferrent plurimi: & ea in Ful-
dæ vidi in S. Bonifacij Codice, de quo
dixi lib. 3. Mogunt. p. 556. & seq. Ana-
the-*